

57

LECTIONES HIBERNAS
IN ALMA LVDOVICIANA

FAVENTE DEO SVSCIPIENDAS

RECTOR

IO. HERMANNVS
BENNER

D. ET P. THEOL. G. AC PAEDAGOGIARCHA

TOTVSQVE SENATVS

INDICIT

CIVES GENEROSOS AC NOBILISSIMOS

AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS

PERAMANTER INVITANS

D. IX. SEPTEMB. ANNO M DCC XLII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

GISSAE,

TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYP.

() 2 ()

In Facultate Theologica

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

P. P. O. Superintendens, Consistorialis, & Stipend. Princip. Eph.
Lectiones publicas in Historiam ecclesiasticam V. T. nuper Linchoatas omni, qua par est, fidelitate & industria continuabit; Suosque *privatim* in regulis exegeticis & homileticis ad Epistolam Paulinam, Philippensibus adscriptam, exercebit: illis vero, qui maiores forte profectus in sacratissimis doctrinis fecerunt, B. D. FECHTII instructionem pastoraalem explicabit, eamque variis casibus illustrabit, neque ulli, operam ac studium expetenti, deerit.

D. REINH. HENR. ROLLIVS,

SS. Theol. Prof. Publ. Consistorii Eccl. Assessor, & distr. Alsfeld.
Superint. Fac. Theol. h. t. Decanus.

Semestri, quod nunc bono cum Deo ingredimur, hiberno publice hora IX. *Metaeologiam Zinzendorfsanam*, ex scriptis publice impressis, iuxta seriem locorum theologicorum tradet; hora vero III. pom. *exercitium disputatorium* in D. FECHTII Syllogem controuersiarum continuabit, & alternis vicibus ipsam Syllogem explicabit. *Privatim* hora VIII. *lectiones dogmaticas* in BAIERI compendium de nouo inchoabit, historiam dogmatum pro more singulis subnexuus capitibus, & quo pacto ad praxin pietatis omnia dirigenda sint, demonstraturus.

IO. HERMANNVS BENNER, D.

P. Theol. O. & Paedagogiarcha.

Pericopas epistolares, nuper ad ipsum SS. Trinitatis F. publice deductas, *methodo exegetica & homiletica*, instante hieme ad

58

ad finem b. c. D. perducet. Priuatim in theologia dogma-
tica perget. *Scandalum catechetikum fratrum Zinzendorffianorum,*
selectis auditoribus, & si qua poscentur alia, exponet.

ERN. FRID. NEUBAVER,

S. Theol. Doct. eiusque P. P. extraord.

Recitationibus publicis, fauente Deo, *theologiam* tradet mora-
lem, ad ductum b. praeceptoris sui BVDDI in *institutioni-*
bus theol. moralis. Priuatos labores desideria Dnn. Commili-
tonum formabunt. Paratus vero est ad omnis generis lectiones
theologicas, veluti *hermeneuticas, exegeticas, homileticas, hi-*
storico-ecclesiasticas, alias. Et si prouectiores disputandi exer-
citiu optauerint, scopo huic magni nostri MENZERI *repetitio*
Chemnitiana, integrum theologiae compendium, admirabili
breuitate ex locis theologicis MART. CHEMNITII excer-
ptum, complectens, inseruiet.

In Facultate Iuridica

DR. IO. FRIED. KAYSER,

Serenissimi Principis in Regimine & Consistorio Ecclesiastico
Director. Prof. P. O. & Primarius, nec non rerum Oeconom-
iarum in Alma Ludouiciana Inspector perpetuus.

Quam primum labores Regiminis & Consistorii debite
ordinati fuerint, etiam officio Professorio pro virili
satisfacere non desistet, & vel Iurisprudentiam publicam ex-
plicate tradet, vel ad Ius Canonicum commentabitur, insti-
tutiq; sui rationes ac horas lectionibus destinatas propius
ex tabula publica significabit.

D. IO. FRIED. WAHL, P. P. O.

Publicas praelectiones, ad Compendium Lauterbachianum,
vt ad finem perducatur, adnitetur; in scholis vero *privatis*
aperiendis desiderio Dnn. Commilitonum se adcommo-
dabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG,

*Conf. in Regimine & variorum Principum ac statuum
nec non P. P. Ordin.*

Publice praeleget hora VIII. matutina Iura Publica ductu
Compendii Illustris MASCOVII. Priuatim ea quae Ge-
nerosiss. & Praenobliss. Dnn. Commilitonibus expetere com-
modum visum fuerit. In horis. priuatissimis ad Iuris vniuersi
Compendium & Praxin Iuris tribus per diem horis perget.
Collegio disputatorio in varias Iuris materias nomina datu-
ros simul inuitans.

ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI

I. V. L. P. P. Extraord. & Facultatis Iurid. Assessor.

In Praelectionibus publicis hibernis explicationem Iurispru-
dentiae Struuii repetet. Priuatis autem studiis, ff. ad
ductum Compendii Lauterbachiani, Institutiones Iustiniani,
Boehmeri Institutiones Iuris Canonici, ac Ius feudale
exponet; nec minus pro placito Dnn. Studiosorum
nouum Collegium practicum inchoabit, in quo non solum
proiectiores, ordine ac methodo haecenus sibi consueta,
fideliter instruere perget, sed etiam omnes labores in his &
reliquis legitimaec scientiae partibus tradendis intra semestre
spatium absoluere, simulque promptitudinem suam cum de-
sideriis honoratissimorum Dnn. Commilitonum conuenien-
tem vbique declarare conabitur.

IO. ERNESTVS HOEPFNER,

Prof. Iur. Extraord.

Publice Titulum ff. de Regalis Iuris enucleabit. Priuatim
Ius ciuile secundum ordinem Digestorum Illustri Boehmero
duce,

() ()

59

duce, Ius publicum vero juxta Illustris Mascouii hypomnema-
mata docebit.

D. FRANC. IVST. KORTHOLT,

Jur. Prof. Extraord.

Publice in explicandis iuris publici originibus, praeunte
P celeberrimo SCHMAVSIO in libello de historia imperii Ro-
mano-Germanici perget, a Rudolpho Habsburgico ad nostra
vsque tempora progressurus. Priuatim in quacunque
iurisprudentiae parte operam suam desideraturis nunquam
deerit.

IO. CHRISTOPH BALSER,

I. V. L. P. P. Extraordin. & Facult. Iuridic. Assessor.

Explicationes compendii Lauterbachiani hoc semestri per-
Eficiet. Iustinianas vero institutiones, praeunte b. Her-
neccio, denuo interpretabitur, ac in lectionibus priuatif-
simis sedulo perget. Neque illos, qui vel iuris canonici,
vel germanici discendi studio tenentur, deseret.

ST. S. WLOEMEN,

I. D. & Professor Extraordinarius.

In collegiis ad D. Schüzii compendium iuris Lauterbachia-
Inum & Strykii introductionem ad praxin forensem, quae
praeterito semestri inchoauit, sedulo continuabit, & pauca
quae restant, intra aliquot hebdomadas ad finem perducere
contendet, insimulque noua collegia ad idem compendium
Schüzio Lauterbachianum, nec non ad Institutiones Iusti-
nianas instituet, nullis defuturus, qui vel priuatim vel pri-
uarissime, in quacunque alia iuris scientiae parte, manu-
ationem a se desiderant.

In Facultate Medica

D. IO. CASIM. HERTIVS, P. P. O.

Publice collegium anatomicum, aut si ita placuerit chirurgicum aperiet; priuatim Nobil. Dnn. Commilit. desiderio quoque sese accommodaturus.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. O.

Exercitiis practicis, quibus haecenus incubuit, operam dabit, & collegium casuale addet. Urgebit porro lectiones in Physiologiam medicam, quibus finitis, ad reliquas artis salutaris partes laborem transferet. Publice morbos externos, praecunte Boerhauius, pertractabit. Neque in aliis muneris sui partibus defuturus.

In Facultate Philosophica

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Hist. & Philos. Prof. primar. ac Bibliothecar. Acad.

Dabit operam, ut Deo propitio propediem ad labores, per aduersam valetudinem interruptos, redeat, Historiam uniuersalem, particularem, & inprimis Germanicam, publicis priuatisque lectionibus traditurus.

IAC. FRID. MVLLER, P. P.

Tradet Logicam, Psychologiam & Theologiam naturalem. Et quacunque in re iuuare poterit studia Commilitonum, operam suam gnauiter praestabit requirentibus, quamdiu Deus ex hac statione eum non euocarit,

IOH.

60

(7)

IOH. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. Naturalis Prof. Ord.

Quae in physicis supersunt, *tria naturae regna* intra mensium aliquot tempus peragrabit, eaque emensus nouum confestim *Philosophiae naturalis cursum* ingrediatur, in quo operam dabit sedulo, vt auditores suos per amoenissima huius disciplinae spatia ad veram solidamque rerum naturalium cognitionem perducatur.

D. ERN. FRID. NEUBAVER,

Antiqq. nec non Philol. Sacrae & orient. Prof. ord.

Publice in libris *apocryphis*, ex *graeco* fonte exponendis, ad *Siracidis* bonae frugis plenissimum libellum perget. *Priuatim* integrum N. T. *graecum* denuo ordietur, ita vt libros *historicos* hac hieme, *dogmaticos* cum *Apocalypsi* futura aetate, si Deus voluerit, absoluat, eadem, qua adhuc vsus est, methodo in posterum quoque vsurus. Porro *ebraica* docebit, *Exodum & Leviticum*, aut alios libros, pertractaturus, singulaque ad *DANZIANAM* grammaticam resoluturus. Neque *chaldaica* ac *syriaca* negliget, aut *antiquitates ebraeorum*, si diligentes gratique auditores docentis industriam excitauerint.

CHRIST. LVDOV. GERSTEN,

Math. P. O. & S. Lond. S.

Publice *Analyfin* finitorum & *Curvarum Geometriam* tenodabit. *Priuatim* quibusvis honestis discentium desiderijs satisfacere conabitur.

IO. ERNESTVS HOEPEFNER,

Moralium Prof. Ord.

Publice Ethicam Heineccii ita interpretabitur, ut vnde-
cunque, quidquid ad vitam moresque recte componen-
dos, amoremque Dei atque hominum conciliandum con-
ducit, colligat & in arua Auctoris irriganda deriuet. Pri-
uatim Puffeudorffio duce in iure Naturae tradendo ita ver-
sabitur, ut cum soliditate vtilitas, cum vtilitate amoenitas &
perspicuitas ita certent, ut tamen omnes mox in gratiam
redeant.

D. FRANC. IVST. KORTHOLT,

Eloq. vtriusque Prof.

Absolutis breui temporis spatio, quae in HEINECCII fun-
damentis stili cultioris explicanda supersunt, eundem au-
ctorem denuo publice praelegendum resumet. Collegia stili,
tum Latini tum Germanici, practica priuatim & priuatissime
continuabit.

Praeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de
luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palaestra,
Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros
earum artium peritissimos, publice consti-
tutos, abunde prospectum est.